

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

10. De ritu baptismi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](#)

Q.VAEST. LXVI.

q. praeceas; Ad secundum dici
tur, quod si Auctor
reprehendens est,
oportet quos; repre
hendere synodus flo
rentinam sub Euge
nio 1111. dicentes,
Tria sunt, baptismus,
confirmatio, & ordo
qua characterem; mid
eis, spirituale signum
imprimere in anima
indelebile; ut in ea
dem persona non re
teratur. Licit ergo
ex posterius manife
stis rationem reddi
re eorum, qui prius
tempore nota fuerit:
de multis enim con
fusionibus notis a
pud priscos, posterio
res adiuenerunt pro
pter quid.

**Tract. 11. in
Evan. Io an
te med. 10.9**

**Gl. ord. sup
illud. Reno
gari rursus ad
prensentia.**

**Lib. 2. c. 13.2
med. 10.7.**

**Tract. 4. decli
nando ad fi
com. 9.**

**In epis. li. 9.
e pi. 61. paul.
a prin.
alias q. dino
seu quirito.**

sacramentum quam baptismus,
ut supra dictum est: sed sacra
mentum eucharistie iteratur. ergo ui
detur quod multo magis baptis
mus possit iterari.

SED CONTRA est, quod dicitur
Ephes. 4. Vna fides, unum ba
ptisma.

R E S P O N. Dicendum, quod
baptismus iterari non potest. Pri
mo quidem, quia baptismus est
quoddam spiritualis regeneratio:
prout scilicet aliquis moritur ue
teri nata, & incipit nouam uitam
agere. unde dicitur 10.3. Ni quis
renatus fuerit ex aqua, & spiritu
sancto, non potest introire in re
gnum Dei: unius autem non est
ni si una regeneratio: & ideo non
potest baptismus iterari, sicut nec
carnalis generatio: unde Augu. *

dicit super illud Ioā. 3. Num quid potest in uentrem
matris sua iterato introire, & renasci? Sic tu, inquit
intellige natuitatem spiritus, quomodo intellexit
Nicodemus natuitatem carnis: quomodo enim ut
terus non potest repeti, si nec baptismus: secundo,
quia in morte Christi baptizamur, per quam mori
mur peccato, & resurgimus in nouitate uite.
Christus autem semel tantum mortuus est, & ideo
baptismus iterari non debet: propter quod Hebræ.
sexta contra quoddam rebaptizari uolentes dicitur, H
Rursus crucigentes sibi meti ipsi filium Dei, ubi
glossa dicit, *una Christi mors, unum baptismus
consecravit: tertio, quia baptismus imprimere char
acterem, qui est indelebilis, & cum quadam consecra
tione datur: unde sicut aliae consecrationes non ite
cantur in ecclesia, ita nec baptismus. Ethoc est quod
Augustinus dicit in secundo contra epistolam Par
meniani, quod character in litaris non reperitur, &
quod non minus haeret sacramentum Christi, quā
corporalis hac nota, cum uideamus nec apostatas ca
rare baptismate, quibus utique per peccantiam re
deuntibus, non restitutur. quarto, quia baptismus o
peratur in uirtute passionis Christi, sicut supra di
ctum est. Et ideo sicut peccata sequentia uirtutem
passionis Christi non afferunt, ita etiam non infi
runt baptismum, ut necesse sit ipsum iterari: sed po
nitentia superueniente tollitur peccatum, quod im
pediebat effectum baptismi.

A D S E C U N D U M dicendum, quod sicut Au
gustinus dicit super illud Iohann. primo, sed ego
nesciebam eum, Ecce post Iohannem baptismatum est,
post homicidam non est baptizatum: quia Iohannes
dedit baptismum suum, homicida dedit
baptismum Christi: quod sacramentum tam
sanctum est, ut aec homicida ministrante pol
luatur.

A D T E R T U M dicendum, q. Pauliani, & Cataphry
gen non baptizabant in nomine Trinitatis: unde Gre
go. * dicit scribens * Quirino episcopo: Hi haeretici,
qui in Trinitatis nomine minime baptizabat, sicut

F sunt Bonosiani & Cataphryge (qui scilicet idē sen
tiebant cum Paulianis: quia & illi Christum Deum
non credunt, existimantes, ipsum scilicet esse pu
rum hominem, & isti scilicet Cataphryge, Spir
ituū sanctorum peruerter leñu esse purum hominem
Montanum (scilicet credunt) tales cum ad sanctam
ecclesiam uenient, baptizentur, quia baptisma non
fuit, quod in errore posuit, sancte Trinitatis nomi
ne minimi perceperunt: sed (sic in regulis eccl
esiasticis dicitur) si qui apud illos haereticos bapti
zati sunt, qui in sancta Trinitatis confessione bapti
zabant, & ueniant ad catholicam fidem, recipiantur
ut baptizati.

A D Q U A R T U M dicendum, quod sicut dicit Decr.
Alexandri 1. iii. De quibus dubium est an baptizati
fuerint baptizentur his uerbis premissis. Si bap
tizatus es, ego non te baptizo: sed si nondum baptiza
tus es, ego te baptizo, &c. non enim uidetur iterari
quod nescitur esse factum.

A D Q U I N T U M dicendum, q. utrumque sacra
mentum, scilicet baptismi, & eucharistie est representa
tum dominica mortis & passionis: aliter tamen
& alter. Nam in baptismo commemoratur mors
Christi, in quantum homo Christo communitor &
in nouam uitam regeneratur: sed in sacramento eu
charistie commemoratur mors Christi, in quantum
ipse Christus passus exhibetur nobis, quasi paschale
consumetur, secundum illud 1. Corinth. 5. Pascha no
strum immolatus est Christus, itaque epulum.
Et quia homo semel nascitur, multoties autem ciba
tur, semel tantum datu baptismus, multoties au
tem eucharistia.

A D D E C I M U M sic proceditur. Videtur, quod
non sit conueniens ritus, quo ecclesia utitur in
baptizando. Ut enim dicit Chrysostomus, non quā
aqua baptismi purgare peccata credentium possent,
nisi tactu corporis sanctificatae sufficiant. Hoc autem factum finit in baptismo Christi, qui ce
lebratur in festo Epiphaniae. ergo magis deberet ce
lebrari solennitas baptismi in festo Epiphaniae, quam
in vigilia Pasche, & in vigilia Pentecostes.

P 1. Præt. Ad idem sacramentum non uideretur per
tinere diversum materialium usus: sed ad baptismum
pertinet ablutio aquæ. Inconuenienter igitur ille qui
baptizat, bis inungit oleo sancto, primitu in pectori,
deinde infer sepalas, & tertio chrismate in vertice.

P 2. Præt. In Christo Iesu non est malculus & semi
na, barbarus & scytha, & eadē rōne nec aliqua alia
huiusmodi differentia. Multo igitur minus diversi
tas uestium aliquid operatur in fide Christi. incon
uenienter igitur baptizatis traditur candida uelis.

P 3. Præt. Sine huiusmodi obseruantibus potest baptis
mus celebrari. Haec igitur qua dicta sunt, uidentur
esse superflua, & ita inconuenienter ecclesia inti
mata esse in ritu baptismi.

SED CONTRA est, quod ecclesia regitur Spiritu

sancto, qui nihil in ordinatum operatur.

R E S P O N. Dicendum, q. in sacramento baptismi
aliquid agitur, quod est de necessitate sacramenti, &
aliquid est, quod ad quādam solennitatē sacramenti
pertinet. De necessitate quidē sacramenti est forma,
q. designat principalem causā sacramenti, & minister,
qui est causa instrumentalis, & usus materia, scilicet
ablutio

ablutio in aqua, quæ designat principale sacramenti effectum. Cetera tunc omnia, quæ in ritu baptizandi obseruat ecclesia, magis pertinent ad quamdam solennitatem sacramenti. Quæ quidem adhibentur sacramento propter tria. Primo quidem ad excitandam devotionem fidelium, & reuerentiam ad sacramentum. Si enim simpliciter fieret ablutio in aqua, absq. solemnitate, de facili ab aliis quibus astimaretur, quæ siquædam communis ablutio. Secundo ad fideliūm instructionem. Simplices enim, qui literis non eruditur, oportet erudire per aliqua sensibilia signa, puta per picturas, & aliqua huiusmodi. Et per hunc modum per ea quæ in sacramentis aguntur, uel inserviunt uel solicitantur ad querendum de his, quæ per sensibilia signa significantur. Et ideo quia preter principalem sacramenti effectum, oportet quidam alia scire circa baptismum, conuenienter sunt, ut etiam quibusdam exterioribus signis representarentur. Tertio, quia per orationes & benedictiones & alia huiusmodi, cohiberetur uis dæmonis ab impedimento sacramentalis effectus.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod Christus in Epiphania baptizatus est baptismo Ioannis, ut super dictum est: * quo quidem baptismo non baptizantur fideles: sed potius baptismo Christi. Qui qui dem habet efficaciam ex passione Christi (secundum illud Rom. 6. Quicumque baptizatus sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus) & ex spiritu sancto, secundum illud Ioann. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, &c. & ideo solennis baptismus agitur in ecclesia, & in vigilia Pasche, quæ dicit memoriam dominicæ lepulture, & resurrectionis eiusdem (propter quod, & Dominus post resurrectionem, præceptum die baptismino discipulis dedit, ut habetur Matth. ultimo,) & in vigilia Pentecostes quidam incipit celebrari solennitas spiritus sancti, unde & apostoli leguntur ipso die Pentecostes, quo spiritum sanctum receperant, tria millia hominum baptizasse.

A D S E C U N D U M dicendum, quod usus aquæ adhuc in baptismo quasi pertinent ad substantiam sacramenti: sed usus olei uel chrisma adhibetur ad quamdam solennitatem, nam primo baptizatus inunctus oleo sancto, & in pectoro & in scalpis, quasi athleta Dei, ut Ambro. * dicit in lib. de sacramentis: sicut pugiles inungi consueuerunt: uel sicut Innocentius in quadam Decreto, ut sacraunctione, baptizandus in pectoro inungitur, ut per spiritu sancti donum errorem abiiciat & ignorantiæ: & fidem rectam suscipiat, quia iustus ex fide uiuit. Inter se pupas autem inunguntur, ut per spiritu sancti gratia exultant negligentiam, & torporem, & bonam operationem exercitat: quia fides sine operibus mortua est, ut per fidem sacramentum, sit munditia cogitationum in pectoro, & fortitudo laborum in sca-

lpis: post baptismum uero (ut Rabanus * dicit) statim signatur in cerebro a presbytero cu[m] sacro christi sequestre simul & oratione, ut Christi regnum participes fiat, & a Christo Christianus possit uocari. uel sicut Ambrosius dicit, unguentum super caput funditur: quia sapientis sealas in capite eius, ut scilicet sit paratus omni perenti, & fide reddere rationem.

A D T E R T U M dicendum, quod uestis illa candida traditur baptizato, non quidem ratione quod non licet ei aliis uestibus uti: sed in signum gloriae * resurrectionis ad quam homines per baptismum regenerantur, & ad significandam puritatem uite, quam debet post ba-

ptismum obseruare, secundum illud Rom. 6. In uirate uitæ ambulemus.

A D Q U A R T U M Dicendum, quod ea pertinent ad solennitatem sacramenti, & si non sint de necessitate sacramenti: non tamen sunt superflua, quia sunt ad bene esse sacramenti, ut dictum est. *

In corp. art.

Vtrum conuenienter describantur tria baptismata.

A D V I N D E C I M U M sic proceditur. Videtur, quod inconvenienter describantur tria baptismata, scilicet aquæ, sanguinis, & flaminis, scilicet Spiritus sancti: quia Apostolus dicit Eph. 4. Una fides, unus baptisma: sed non est nisi una fides. ergo non debent ponni tria baptismata.

T 2 Præterea. Baptismus est quoddam sacramentum, ut ex supra dictis patet: * sed solus baptismus aquæ, est sacramentum, ergo non debent ponni alia duo baptismata.

T 3 Præterea. Damascenus in quarto lib. determinat plura alia genera baptismatum, non ergo debent ponni solum tria baptismata.

S E D C O N T R A est, quod super illud Hebreo sexto. Baptismatum doctrinæ, dicit gloss. * Plurilater dicit: quia est baptismus aquæ, poenitentia, & sanguinis.

R E S P O N S U M Dicendum, quod (sicut supra dictum est) baptismus aquæ efficaciam habet a passione Christi (cui aliquis configuratur per baptismum) & ulterius sicut a prima causa a Spiritu sancto. Licet autem effectus dependeat a prima causa, causa tamen superexcedit effectum, nec dependet ab effectu. Et ideo preter baptismum aquæ, potest aliquis consequi sacramenti effectum ex passione Christi, in quantum quis ei conformatur, pro Christo patiendo: unde dicitur Apoc. septimo. Hi sunt qui uenerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Eadem etiam ratione aliquis per uirtutem Spiritus sancti consequitur effectum baptismi, non solum sine baptismio aquæ, sed etiam sine baptismio sanguinis, inquitum. s. alicuius corporis Spiritum sanctum mouetur ad credendum, & diligendum Deum, & poenitendum de peccatis: unde etiam dicitur baptismus poenitentia. Et de hoc dicitur Isa. 4. Si abluerit Dominus lordes filiarum Sion, & sanguinem Hierusalæ lauerit de medio eius, in spiritu indicij, & spiritu ardoris. sic igitur utrumque aliorum baptismatum nominatur baptismus, inquitum super uicem baptismi aquæ: unde dicit Aug. * in 4. li. de Unico baptismismo parvulorum: Baptismi uicem aliquando implere passionem, de latrone illo, cui non baptizatus dictum est. Hodie mecum eris in paradiſo, beatus Cyprianus non leue documentum assunxit, quod etiam atque etiam considerans, inuenio non tam passionem pro nomine Christi id, quod baptismus debeat, posse supplicere: sed etiam fidem, confessionem, cordis, si forte ad celebrandum misterium baptismi, in angustiis temporum succurriri non poterit.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod alia duo baptismata includuntur in baptismo aquæ, qui efficaciam habet & ex passione Christi & ex Spiritu sancto, & ideo per hoc non tollit unitas baptismatis.

A D S E C U N D U M Dicendum, quod sicut supra dictum est, sacramentum habet rationem signi: alia uero duo conuenient cum baptismo aquæ, non quidem quantum ad rationem signi, sed quantum ad effectum baptismatis: & ideo non sunt sacramenta.

Tertia S. Thomæ DD 3 Ad